v Desonorum differentiis ptolomei sententia. Capitulum.
vi Que necessario monita sint.
vii Que numerum proportionum pythagorici statuant.
viii Quod reprehendat ptolomeus pythagoricos in numero proportionum.
ix Demonstracio secundum ptholomeum diapason et diatessaron consonantie. Soni.
x Que sit proprietas diapason consonantie.
xi Quibus modis ptolomeus consonantias statuat.
xii Que sint equisone que consone que emmelees.
xiii Quemadmodum aristoxenus intervalla considerat.
xiiii Descriptio octocordi quo ostenditur diapason consonantia minor esse sex tonis.
xv Diatessaron consonantiam tetracordo contineri.
xvi Quomodo aristoxenus vel tonum dividat vel genera eiusque divisionis dispositio.
xvii Quomodo archytas tetracorda dividat eorumque descriptio.
xviii Quemadmodum ptolomeus et aristoxenum et archytam tetracordorum divisiones reprehendat.
xix Quemadmodum ptolomeus tetracordorum divisionem fieri dicat oportere.
xx Quemadmodum ex equalitate fiat inequalitas proportionum.
xxi Quomodo ptolomeus diatessaron dividat in duas partes.
xxii Que sint genera spissa que non spissa et his quomodo sint proportiones aptande et enarmonii divisio ptholomei.
xxiii Cromatis divisio mollis ptolomei
xxiiii Cromatis incitati divisio ptolomei.
xxv Dispositio spissorum generum ptolomei cum numeris et proportionibus.
xxvi Diatonici mollis divisio ptolomei.
xxvii Diatonici incitati ptolomei divisio.
xxviii Diatonici toni ptolomei divisio
xxix Divisio diversorum generum cum numeris et proportionibus. Divisio.
xxx Diatonici equalis ptholomei

Incipit liber annicii mallii severini boecii consularis et illustris ex consuli ordinarii patricii de musica liber primus

Omnium quidem perceptio sensuum ita sponte hac naturaliter quibusdam viventibus adest, ut sine his animal non possit intelligi. Sed non eque eorundem cognitio ac firma perceptio animi investigatione colligitur. Illa enim laboratum est, quod sensus percipiendis sensibilibus rebus adhibemus. Quid vero sit ipsorum sensuum secundum quos agimus natura, que rerum sensibilium proprietas, id non obvium neque cuilibet explicabile esse potest, nisi quem conveniens investigatio veritatis duxerit contemplatione. Adest enim cunctis mortalibus visus, qui utrum venientibus ad visum figuris an ad sensibilia radiis emissis efficiatur, inter doctos quidem dubitacio est; vulgum vero ipsa quoque dubitacio preterit. Rursum